

Tempore

Quius vestrum stetit que vos nescitis. Ipse enim est qui post me venturus est. qui ante me factus est: cuius non solum etiam dignus ut solvam corrigiam calciamenti Johis. 1. **T**ria principaliter sunt hic notanda. Primum est quis sit ille quem iohannes medium stare perhibet et affirmat. Secundum est quando dominum per se venturum esse predicat. Tercium quod sit calciamentum cuius corrigiam se indignum asserit ut soluat. **R** **D**e primo nota quod ille quem iohannes medium stare perhibet et affirmat ipse est dei filius: unde nota glo. super locum istum. **M**edium vestrum stetit quem vos nescitis. et presens vobis apparet corpore: hunc etiam iohannes digito demonstravit: unde immediate post presens evangelium dicit in Joh. Altera autem die vidit iohannes ihesum venientem ad se et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. hic est de quo dicit: post me venit qui ante me factus est. Cum ergo iohannes dicat ihesum stare medium. Nota quod ihesus primo iacuit in medio iumentorum. Secundo sedit in medio doctorum. Tercio pependit in medio latronum. Quarto stetit in medio discipulorum. Quinto vero ambulavit in medio candelabrorum aureorum. Primo ergo ihesus iacuit in medio iumentorum quoniam scilicet intemerata virgo Maria pannis eum involuit et reclinauit in pectus quod non erat et alius locus in diversorio: de hoc dicit Abacuc secundum aliam translationem. 3. ca. In medio duum animalium cognosceris. Erant autem hec duo animalia bos et asinus secundum quod videtur in picturis que sunt libri laycorum. Faciens ihesus in medio iumentorum ostendit mirabilem humilitatem: valde enim mirabile fuit quod divina maiestas induit corpus paruuli in stabulo lacentis ac vagientis. Debemus igitur et nos in hac humilitate mirabilem deum imitari quia gloriosum premitium humilitati premititur quia scilicet suscipiuntur a gloria domini: unde dicit Proverbia. 29. Superbum sequitur humilitas: et humiles spiritu suscipiet gloria. Secundo ihesus sedit in medio doctorum: unde legitur in Luca. 10. 2. Quod invenerunt ihesum parentes eius in templo sedentem in medio doctorum: audientes illos et interrogantem. Per hoc quod ihesus sedit in medio doctorum audiens et interrogans illos: invitatur nos ad studium vere sapientie. Vera autem sapientia est timere dominum: unde dicit Ecclesiasticus. 1. Plenitudo sapientie timere deum. Nunc ergo timorem discere debemus quod qui timent dominum custodiunt mandata illius: unde dicit Ecclesiasticus. 2. Et vere bene erit eis post hanc vitam qui modo timent dominum: unde dicit Ecclesiasticus. 1. Timentis dominum bene erit extremis et in diebus solationis illis benedixit. Post hanc enim vitam dominus consolabitur filios suos et tunc eos qui illum timuerunt gloriosissime benedixit. Ut autem veram sapientiam id est timorem domini discamus: debemus